



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 13322648

§. 41. Revocatio acceptationis a Rhemensi Universitate factæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67649)

Sæc. XVIII.
A. C. 1716.

§. XLI.

*Revocatio acceptationis a Rhemenſi
Univerſitate factæ.*

*Concluſ. Fa-
cult. Rhem.
circa Conſtit.
Dorſann.
journ.
pag. 259.*

Eodem anno triginta Rhemenſis Facultatis Theologicæ Doctores ad Pariſinæ & Nannetenſis exemplum præriter acceptationis ſuæ decretum die prima Junii Anno 1714. promulgatum revocare attentarunt. Tantum nempe habet virium ad corruptelam pravitas exempli, ut a ſolo pravorum numero indies crefcat imitationis ardor. Hæc igitur conſpirante eorum Decano Rogiero die vigefima ſexta Junii hoc anno comitia habuere, in quibus Oudinetus Facultatis Syndicus, ut acceptationis decretum revocandi obtentum ceteris præberet, retulit, quod Magiſter Le Roux in ſuo apologetico aſſeruerit, Conſtitutionem *Unigenitus* a S. Ordine tantquam fidei Regulam acceptatione authentica & ſolemni receptam fuiſſe. cum vero hanc ſuam aſſertionem præfatus Magiſter firmaret Decreto ſequenti die prima Junii 1714. urgente D. Campaniæ Moderatore edita tabulisque inſerta, hinc poſtulabat Syndicus, ut Facultas Magiſtri Le Roux propoſitionem diſcuteret, ſimulque extorqueret, an vera & libera vel extorta fuerit

fuerit Facultatis conclusio seu decretum, Sæc. XVIII. A. C. 1716.
 quo acceptata fertur Constitutio: Nullum esse hoc decretum aiebat. I Quia Magistris sententiam edicere nec rogatis, nec post examen deliberantibus, sed duntaxat a laico Præsidis vices agente, & Regis voluntatem exponente confecta est. II. Quia sex Magistri dissenserunt. III. Quia Decanus proposito Parisinæ Facultatis decreto (quod tamen commentitium & adulterinum est) ceteros induxit. IV. Quia continet plures articulos, de quibus Magistrorum nullus tulit suffragium. V. Quia hoc decretum ex Parisiensi transcriptum nec in comitiis lectum, sed duntaxat Campaniæ Moderatoris jussu tabulis insertum, nec, ut moris est, in alia Congregatione relectum fuit. His a Decano in deliberationem vocatis, viginti octo Magistri hoc procuderunt decretum: Sacra Facultas ex unanimi suffragio censuit & declaravit, I. falsum esse, uti asseruit Le Roux, Constitutionem, quæ incipit: *Unigenitus* fuisse a S. Ordine acceptatam tanquam regulam fidei. II. Censuit & declaravit ex voto Magistrorum viginti septem conclusionem die 1. Junii 1714. modo supra dicto editam, qua recepta videri posset eadem Constitutio, esse ipso jure nullam, ac quatenus opus esset, abro-

N 2

gan-

Sæc. XVIII.
A. C. 1716. gandam, ut reipsa abrogat, tanquam opus, quod minime suum sit, atque Commentariis suis eradendam, seu Cancellis oblitterandam cum omnibus suis appendicibus, apposita ad marginem notula, qua conclusionis hodiernæ mentio fiat.

Atque ita conclusit venerandus D. Decanus, idque significavit Magister Le Roux, in Aulam ad id revocatus, qui nulla prolata ratione, viva voce Conclusioni intercessit.

Publicata hac Facultatis conclusione ex variis, ut vocant, Decanatus triginta octo Parochi, qui antea Bullam Pontificiam promulgaverant ad Franciscum de Mailly Archiepiscopum literas dederunt, significantes quod & ipsi factam Constitutionis promulgationem revocassent.

§. XLII.

Literarium bellum utrinque magno ardore hac in causa gestum.

*Dorjanne
Journal.
pag. 262.*

Interim nec Parisiis deerant, qui imperterrito animo Pontificis auctoritatem lingua & calamo strenue propugnarent, & opposites Episcopos ob suam pervicaciam acrius redarguerent; ex his prior Franciscus Gabriel de He-